

21
PISCATOR GRATIARUM

In fontibus Salvatoris :

SEU

Magnus Theologorum Princeps

DIVUS

JOANNES
APOSTOLUS

ET

EVANGELISTA,
è Sacratissimo Theandrici Pe-
&oris Fonte

Divinorum Gratiam Myſteriorum
capiens :

CORAM SENATU

Populòque Academico Cæſareæ, Regiæque Univer-
ſitatis Carolo-Ferdinandæ Pragenſis,

IN BASILICA SALVATORIS
Collegii Cæſarei & Academici Societatis
JESU ad S. Clementem,

SUB RECTORATU
ADMODUM REVERENDI

A C

EXIMII PATRIS

P. JACOBI
STESSL

E SOCIETATE JESU,

Sacro-Sanctæ Theologiæ Doctoris,
Cæsareo-Academici Collegii ejusdem Societatis ad
S. Clementem Vetero-Pragæ, nec non Almæ Cæsareæ, Re-
giæque Universitatis Carolo-Ferdinandæ Pragenfis, p. t.

RECTORIS MAGNIFICI,

Inter Anniversaria ejusdem Divi Solennia
Panegyricô celebratus

A

PER ILLUSTRIS, GENEROSO,

A C


DOCTISSIMO DOMINO

IGNATIO EQUITE DE TURBA,

AA. LL. & Philos: Magistro, SS. Theologiæ Auditore.

Anno 1713. Die Maji.

PRAGÆ, Typis Univerf. Carolo-Ferdin. in Collegio Soc. JESU ad S. Clem.



ORATIO.



Uæ nova rursus hodie Joannem si-
bi vendicat ante portam piscatio? ita-
ne verò post locatam heroicè ad ri-
pam Tiberiadis Sagenæ Apostolicæ
operam, obtentumque ad oras Tiberis
Athletici triumpho oleum, ad nassam
rursus relegetur, & tragulas? itane
dulcissimus Theandrici Sinus Aescanius sinuosò iterum ob-
erret pelagò *incertus, quò fata ferant*, & gemmea incarna-
tæ Charitatis pupilla, nè ipsi Apostolorum tangenda Prin-
cipi, tristi æquoris salugine inundetur? Quis hoc tibi
glaucoma Glaucus, ut de affectati regni fastigio ad infidum
rursus delabare profundum, è folio respicias ad dolium?
Oratoris, ut præfagio, ob giganteam argumenti magnitu-
dinem Harpocratem meditantis, consulturus es elingui
Suadæ, quando ad maris strepitus emaculatam Demosthe-
nis balbutiem affluere in facundiam subscribunt Athenæ.
Etenim Joannem dum nomino, Eloquentiæ Numina in-
rostra evoco; est ille Pontificis maximi Jesu Legatus à La-
tere: huc Tullii! est solis Justitiæ incumbens pectori Vir-
go in sole, Sol in Virgine: huc Hortensii! est geniti ante
secula Verbi Gratia, gratiarum Universitas: huc Hercu-
les Gallicani! est aureum divinorum arcanorum gazophy-
lacium: huc Chrysologi! est terrestrium supernarumque
mentium locuples Athenæum: huc linguæ Angelicæ! Et
quid hos inter streperum Oratoris rudimentum? æternis
ultra tenebris damnarem panegyricum Rhadamanthus im-
placabilis, nisi consilium Confus ministraret ex arena.
Erigere Suada! altum conscende! sit Joannes Pontificis
Maximi Legatus à Latere: etiam ad undas Tiberiadis elin-
gues inter pisces frigidè desudantium non refugit confor-
tium; sit cætyphò Virginitatis pareliò sol in Virgine: etiam

*Virg. lib. 3.
Æneid.*

in Hesperias Phœbus delabitur undas; sit geniti ante secula Verbi Gratia, gratiarum Universitas; plenis hodie cardinibus porta patet gratiarum, cum Joannes oleo delibutus ante portam; sit deauratum divinorum mysteriorum gazophylacium: etiam arenas legit in littore planta speciosa; sit denique prædives humanarum, cœlestiumque mentium Lycæum: etiam ad plagam piscariam declinat nonnunquam Zebedæi propago. Nempe descendit aliquando ad panegyrici humilitatem argumenti sublimitas, postquam ad argumenti sublimitatem assurgere toties nisa est panegyrici humilitas. Joannes piscator! bene habet: Consualia ages hodie Facultas Eximia in apogæo, non Eucharistica in odæo. Cedant rostra Tullii! apage fecunda verborum nundinatrix facundia! conceptos loquaci Minervâ ingeniorum foetus refugit hamiota; altisona magniloquentiæ lenocinia non venatur cymba inambulans profundo, & profusos verborum propolas sagena averfatur; verbô vix opus est Piscatori Theologo, ubi protuberantia verborum flumina Tullius profunderet incassum. Ergo quæ universam supergressa creaturam in altissima æternæ mentis penetralia felici subtilium alarum remigiô invehebare Theologia, ad ratis Joannæ remos hodie subside in profundo. Nè fuge littus avarum! ad perscrutanda nobilioris glebæ incunabula, gemmarum conchylia, profundi viscera rimetur urinatrix avaritia: unicam tu in feracissima unionum Patria amatam inter & amantem leges unionem, quæ vel Cleopatræ invidiam sit motura; etiam in elemento mobili citra scopulorum periculum nobile inconcussæ veritati reperies firmamentum, dum Charitum Oceanus vela faciet Joannes; ad vitreum naturæ speculum cœlestium leges lineamenta mysteriorum, quæ vel stagyrao sapienti inscrutabilem panderent Evripum. Novi equidem Theosophantis ad elementum lubricum perspicaciam cespitasse Aurelii, ut exili naufraga sorberetur scrobeculâ: at Piscatori Joanni, quæ cæteros latet recon-

dita,

dita, prima exhibetur Theosophiæ Veritas : *Dominus est* ; *Joann. 21.*
& instabiles pelagi fluctus Petro firmantur in suppedane- *v. 7.*
tum. Novi vacillantem discipulorum ad excipiendos ira-
ti fluctus impetus virtutem : at in tranquillo Divinitatis si-
nu mysteria hamaturus amatus, ad tempestuosissimi Occa-
ni passionis ostium dormit securè discipulus supra Magi-
strum. Non terret tremula Poëtæ penna :

Audax nimium, qui freta primus

Rate tam fragili perfida rupit.

Magni Theologorum Principis, an *Cesaris fortunam ve-*
ho. Extaticò in immenso Theandrici sinùs Oceano gau- *Medea.*
det Morpheò, quòque profundiore scrutinio mysterio- *Florus lib. 4.*
sam Divinitatis rimatur abyssum, hòc ampliori elata pre- *cap. 2.*
ticio gratiarum affluit captura. Inauditum piscandi prodi-
gium ! ut tantò feliciùs cor expiscetur Dilecti, se ipsum ap-
pendit in escam fontibus Salvatoris immersus, & Narcissi
fabulam in pellucida divini pectoris crystallo, extra com-
mentum historiam orbi transcripsit, tèrque quaterque fe-
lix gratiarum Piscator ! decumanum namque gratiarum ar-
gumentum gratiosa arcanorum revelatio.

Piscatorem proinde gratiarum hodie, si faves Facultas
Eximia, Joannem tuum, non ad natalia Bethsaidæ littora
in Tiberiade, sed ad Theologicam scaturiginem in fonte
Theandrico panegyri pedisse quâ indigito ; fortunatâ, ut au-
guror, capturâ, si tuis Magnifice Domine Rector, vestris
Spectabiles Decani, Eximii, Clarissimi, Excellentissimi,
Doctissimiq; Professores, ac Doctores, cæterique Audito-
res gratiosissimi, gratiarum Favoniis secundè aspirantes
malè sartam Oratoris liburnicam provehitis ; nox in ver-
bo vestro rete laxabo. Quòd si parem argumenti magni-
tudini facundiam non advexero, existimate, in sapientissi-
mo hoc Synedrio non tam ad stibiatam Oratoris grandilo-
quentiam excipiendam vos considerare Auditores, quàm ad
mutam gratiarum Piscatoris Theologicæ capturæ intenti

Scenam mecum impresso labris digito spectandam adesse.
Spectatores. Aspirate!

Dii immortales! quæ me huc Etesia? nondum Theologicam pene ratem subivi, jamque extatico delatus Neptuno ad Pathmææ Tethyos latera cum Joanne consisto. Hem! quam dives hic Theologicæ capturæ sarena! quanta cœlestium oraculorum aperitur scena! Buccinabos tuum hæctenus Jovem Ammonium Libya, Apollinem Delphicū Bœotia, Minervam Aracynthiam Attica: jacitabas Apia tuum, Memphiticum Ægypto, Latonam Ortygiam Dele; Vestam Albanam Latium, atq; ut superstitionis Oraculi nomenclationem ex merito sustinerent, acceptum à Majoribus genus eorum, seu virtutis, seu sanguinis cōmunionem Divinæ inferebas genealogiæ; ast vanò mythologorum cōmentō: una mihi hodie Pathmus extra fabulam Divinitatis ostentat prærogativam: Joannem attendite, sive enim consanguineam Verbo expendatis parentelam, sive mentis creata omnia supergressæ trutinæ decora, tam cognatum Divinitati sanguinem, tam DEiformem suspicietis indolem, ut quid ultra ad Oraculi Numine afflati nomenclaturam, desiderari valeat, non inveniam. Oraculorum orbi reconditorum emporium Pathmus! Sagenam explicat Piscator Theologus, & implicatum erroribus orbem divinis inundat mysteriis: tantam arcanorum concludit multitudinem, *qua si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros.* Ex immenso Oceano unicum expromit Verbum, illico natura trepidat universa: cœlum atratur in nubes, purpurascit Phoebus, pallefcit Cynthia, pullatur aër, in expirium nescitant pendulæ firmamenti lampades, Hesperiam induunt Pathmi Acroceæraunia, alternis motibus Tellus quassatur, infremunt Cauri, procellosis angoribus hiat Neptunus, mons circum totus pulla investitur cyclade, & quorsum? Num Thaumaturgus ille aquarum seu filius, seu Pater, Sinai verticem denuo subiturus est, ut Majestate plena, saxo inarata diptycho, Numi-

JOAN. 21.

v. 25.

Batōn. ad
Annunt
Christi 995

Numinis excipiat imperia? fallor: horrendum immugit
 æther, extemplo *illuxerunt fulgura ejus orbi terræ, fulminat* *Ps. 96, v. 4.*
 Boanerges, fulmina resolvit in vocem: *in principio erat* *Joann. 1,*
Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.
 Fugite! heu fugite phalanges adversæ! vela contrahite Ce-
 rinthi! trepidate Ebiones! fulmen extimescite Photini, &
 sexcenta Lernæi monstri monstrosa capita, Filium, ante
 seculorum originem, individuum cum Patre substantiam,
 dum intelligitis! arenam linquite hæreseon Enceladi, dum
 trifulcum in vos fulmen superni Jovis detorquet Armigera!
 subsannabit Poëta:

Hic genus antiquum terræ, Titania pubes,

Fulmine dejecti fundo volvuntur in imo.

Virg. lib. 6.

Verbum profert, & immensam mysteriorum comprehendit *Eneid.*
 Iliadem, seculorum omnium fœderato sudore non evol-
 vendam. O! quam locuples gratiarum congiarium Sagena
 Piscatoris Theologi! sublimi juxta ac profundò ingenio
 Hipponis hæsitat Archi-thalassus, nec in alto mysteriorum
 Oceano velificari ausus ratem figit, dum jactâ reverenter
 anchorâ filet, an loquitur: *quis capiat, in principio erat Ver-* *Aug. tract. 2.*
bum? si linguis hominum loquar & Angelorum, tenuem *in Joan.*
 vix facundiæ bracteam sublimissimi eloquii Pactolo insper-
 gam. Nuntiaturus Humanitatis Verbi mysterium, *Sacra-* *Ephes. 3.*
mentum absconditum à seculis in Deo, facialem sublegat Ali-
 gerum Deus locuturum Virgini Verbum homini inauditum:
Ave gratiâ plena, Dominus tecum. Profundissima Divi- *Luc. 1.*
 nitatis arcana, æternam Verbi genesim revelaturus orbi *v. 28.*
 terræ Piscatorem designat Theologum evulgaturum Ver-
 bum Angelis reconditum: *in principio erat Verbum.* In-
 comprehensibilis Verbi binarius! Theologicæ sublimita-
 tis abyssus! Exclama arcana apotheosi in ipsum sublata em-
 pyreum gentium Apostole: O! *altitudo divitiarum, sapien-*
tia, & scientia DEI! Tria hic numerata, si potes, Pythago- *Rom. 11.*
 ra, prius silentio tuo immoriere. Felix Caduceator Arch-
 angelus! Verbum carneò mortalitatis velò induendum.

homi-

Chrysoft.
pres. in
Joannem.

1. Joan. 4.

Aitol. 17.

homini revelavit. Felicior Piscator Theologe! sempiternam Verbi originem etiam Angelis enuntiasti, ipsi namque Angeli, Cherubim, & Seraphim nobiscum per Joannis vocem didicerunt, qua cognovimus. Dic Hagiographo à creaturarum primordio exordium lucenti: *Deum nemo vidit unquam*; tu fortunatissimo gratiarum remigiò in supernù illud eVectus profundum inenarrabiliter & vidisti, & Theosophiæ arcana piscatus in Verbo, terris intulisti, vel in hoc mythicum supereminens Prometheum, quòd Jovis Armerum ille in supplicii, Tu in honoris auctarium sis adeptus. Latà in Areopago sententià aram fabricent ignoto Deo sapientià suà caligantes Athenæ: Pathmæa solitudo humili illustri Piscatore primam de Deo Trino excipit lectionem, & clarissimum orbis evadit Athenæum. Tributariam Verbi Humanitati pennam sacret telonarius Matthæus: rugitum Leonis de Tribu Juda in Voce clamantis periochà stringat brevior Marcus: carnis velum Divinitati obtentum in tempore vivis adumbret coloribus Protogenes Lucas: Piscator Joannes nebulam, qua tegitur omnis terra, supergressus, in cœlum liquidum transfretavit, arcanamque Theologiæ plexuram Verbo hausit, nè Tulliano verborum apparatu universo explicandam; solliciti illi in retegendo carnis mysterio œconomi: profundissimus hic in exponendis Divinitatis arcanis Theologus. In omniscientiæ Diphtheram linum migravit Piscatoris, adeò nihil est mysterii, quod reconderetur Verbo, nihil, quod in Verbo gratiosè non cognosceret Joannes. Subsiste hic speculator Theosophe! Verbum plus quàm sufficit Piscatori: mare reperisti Argonauticis etiam industriis impervium: profundum tentas nè Aurelianæ sagacitatis bolide perscrutandum. Sed neque ego hic charitatis obrizo divitem tentabo gratiarum Gangem, quem plenò Dilectionis alveò Canonicarum epistolarum vehit Scaturigo, ut mystagogum gratiarum Piscatori vel aureò Neronis reti hauriam argumentum Orator, nè in immensum exundans pelagus

Iagus naufragum forbeat lembum hamantis. Non mysterio-
 rum vorticibus exuberans Apocalypseo æquor ingrediar
 Archi-thalassis quoq; Intelligentiis tranatu arduum; tot ei
 Sacramenta, quot verba: quin *verbis singulis multiplices la-* Hier. epist.
tent Intelligentia. Percipite Intelligentiæ! audivit arcana, ad Paul.
 verba homo, an Angelus, *sive in corpore, sive extra corpus* 103. c. 7.
nescio; sed qua non licet homini loqui: muta interim Pesca- 2. Corinth.
 toris Sagena profusissimò exundans eloquiò Theosophan- 12.
 tes quoq; Spiritus mysteriis imbuunt multiplices verbis sin-
 gulis complectens intelligentias. Parum dixi: Divinitatem
 æmulatur hamus gratiarum, *qua oportet fieri post hæc in rate* Apoc. 1.
 Petrina, ubertim exhibet arcana, propriò supremi Numi-
 nis privilegiò: *annuntiate, qua ventura sunt in futurum, &* Isai. 47.
sciemus, quia Dii estis vos. Verùm hæc non memoro;
 altiùs in Verbo provehitur hamiota, quæque nec coæter-
 num Patri Verbum mundo locutum est, vocale Divinitatis
 signum ad placitum piscatorià nascâ gratiosè exceptum ma-
 nifestavit. O! queis te hic præconiis celebrem fortunatissi-
 ma Pathmi regio! eras efferatæ Domitiani tyrannidi triste
 exilium: at Theologicarum gratiarum dulcis Patria! eras
 sterile Quirinæ cœcitati desertum: At Argo Piscatori cœ-
 lestium arcanorum foecunda Mater! eras inhospitalis gen-
 tibus Caucasus: at Joanni sublimium mysteriorum floren-
 tissima Tempe Semiramidistopiariis invidiam motura! Re-
 legetur huc Romani Phalaridis truci imperiò reus innocuus
 è visceribus tuis metalla rimaturus, piscabitur ille, & Numi-
 nis dudum obumbratus omniscientiâ reconditum Theoso-
 phiæ edet cimmelum Ephesino mox è folio Asiæ ostentan-
 dum, ac orbi. O! quæ & tibi concinam epinicia decanta-
 tissima Ephesus, Asiæ lumen! quæ porphyrogenitam Ec-
 clesiæ pupillam sublimi adeò prognatam thalamo, non jam
 indigere Lucina tua, sed obstetricantibus cœli Charitibus
 lacte primò mundo enutristi, Asiâque, infamem ante-
 hac Pseudosophorum stoam, orbis Theologici amphithe-
 atrum cœlicis dignum oculis effecisti, Tacete Poëtastrî!

Scripsit
 Evangelium
 in Pathmi
 mo, edidit
 Ephesi. Ba-
 ron. ad an-
 num Christi
 99. ex Me-
 taphrasse.

indignor commentitiis in Jovis cerebro Minervæ incunabulis, historiam mihi exhibent Pathmus & Ephesus. Huc Græciæ Athenæa! huc Latii Lycæa! huc orbis Academiæ! gemellas Universi Magistras pronis verticibus adore! Si orbis mare est: vos mihi bina estis conchylia Urinatori Theologo pretiosa; si corpus est universum; vos mihi gemelli oculorum soles estis corpus universum illuminantes; si Athenæum est: vos mihi geminæ estis didascalæ, hinc mare promanat mysteriorum. Vobis omnis collis adgeniculetur in suppedaneum, omnis arbor herbam porrigat in coronam, vobis bifidus Parnassi vertex foederetur in solium, & circumquaque allambens Tethys in vestigalem asfurgat obeliscum.

At at quò me meus error? quis huc mihi carinam Tiphys, ut seu natale, seu nutrix Theologiæ solum, aut salum inanius celebrem verborum fluentis? Illustrioribus ceris ejusdem in Verbo conceptio, an captura est repetenda. Viam tantisper in finitimas Solymæ oras propitiis Zephyris relegamus: Rhodi aut Cypri latera non attingimus: lectis duntaxat Sidonis, Tyrive portibus, Theandricis plurimum frequentata vestigiis littora, prope sacra filia Sion moenia, petamus: jamque Palæstinæ promontoria prætervecti, ad Bethsaidæ oppidum in Galilææ alto geminum piscatorum binarium, suis quemq; ratibus insistentem, è longinquo conspicietis: piscatur isthic geminus Bariona, bina illic Zebedæi soboles, & en inscrutabile Divinæ Clementiæ profundum! dum novam mundi genefim solenni legis gratiæ promulgatione orditur Verbum Omnipotens, iterum Spiritus oris Dei fertur super aquas, & squalidum piscatorum quaternionem in operis æternaturi molimen adsciscit instrumentum. Vos quidem Simon & Andrea non jam rupes inter, & saxeos vortices squammigero gregi insidiabimini, sed cætypum formabitis hominem ad Divinæ imaginis prototypon: *faciam vos fieri piscatores hominum*. Bene habet: applaudo felici metamorphosi! At quid cum Jacobo fratre

Joan-

Joannes meus? nunquid & ille ex hoc jam homines erit capi-
piens? indè tanta in refarciendis retibus solertia. Subtacet
hic lingua Theandrica, & loquendi munus oculus sustinet,
gratiosus, nutu duntaxat agitur: *vidit alios duos fratres, - & v. 21.*
vocavit eos. Augurare Manto Theosopha! quorsum hoc
Simonem inter & Joannem discrimen? serenum, ait, ocu-
lorum diluculum phosphorum vehit gratiarum. Conclu-
do: ergo *hominum* quidem Simon, Joannes *gratiarum* de-
hinc erit *Piscator*. Huc Superi Choraulæ! Conceptioni
Theologicæ epinicia properate! Summam suam Joannes
auspicatur à *Gratia*, mox *trismegisti Numinis* in oculari tri-
gono speculaturus mysterium. Hem quanta illico recens
inaugurati Piscatoris in captandis divinorum mysteriorum
gratis felicitas! Scalmum reliquit: Deum reperit; lina laxa-
vit: Numen ipsum gratiosè vinxit. Admodulare Poëta:

nullam majore locuta est

Ore ratem toto discurrens fama per orbem. LUCAN.
lib. 4.

Sed jam plebejum undarum dissipit commercium, altiùs
lembum propellit: in vinum lymphæ commigret, necesse
est, ut Charitum Theologicarum triadem comprehendat:
Canensi epithalamio non aures duntaxat, oculos quoque
Sponso convivanti commodate: inter Hymenæi bellaria
in prodigioso mero piscatur Theologus, dumq; *fecit initium*
signorum Jesus - & crediderunt in eum discipuli ejus, fidem per- JOANN. 2.
tractat, hòc posteris omnibus feliciùs, quòd ferme non ob-
scure. Mox in desiderium collium æternorum animus eri-
gitur, progressùque licèt arduo in altum boni inexhausti
ratem sustollens *spem* concludit. Desiderio succedaneus est

amor, hoc velificante, repudiato Hymene, alas ministran-
tibus cœli Favoniis, in Sponsi, qui pascitur inter Iulia, si-
num provehitur, ac *Charitatem* comprehendit, quo Chari-
tum ternione annulum piscatorium gemma felicitate illu-
strat. Vix hæc: cum mei subitò oculis Joanneam ratem
Notus eripit; insequor: & hem quid novi specto prodigii! pag. 191.
num montibus etià citra hæsitacionis periculum lembus in-

ambulat? mirum dictu! in Thaboreo vertice sagenam pandit, & nubes roscida, non jam uvida exhalantis Telluris, sed candida irrorantis cœli filia in limpidiſſimum reſolvitur æquor gratiarum. Piſcare Joannes! illico circumfuſa unde-
qua; luce *abſconditum in Deo* excipit *Sacramentum*, arc-
nũmq; *Verbi incarnati* myſterium tractat perſpicuè, dum
Dei Unigenitum niveâ humanitatis chlamyde indutum fa-
cie contemplatur ad faciem. Candidò notanda lapillò ca-
ptura! *Jus & Juſtitiam* hamaturus ad incorruptum Judicis à
Patre delegati tribunal Matrem ſubordinat Advocatam;
ſolicitas illa preces in eſcam appendit, ut Juris dicundi pote-
ſtatem in folio gratioſè capiant Filii, *dic ut ſedeant*; ſed hæ-
ret in ſalo ſolium venantis navicula piſcatricis: neque enim
Regi remigem, linum purpuræ extemplo comũtari faſeſt;
indè ad calices, cognatũque naſſæ relegantur elementum;
ut quas gratuito donationis titulò non addecebat, gratioſò
meritorum impendiò capeſſerent curules, Juſtitix quondam

Matth. 20.

Matth. 19.

Ephes. 3.

Arbitri futuri: *judicantes duodecim tribus Iſraël*; *meritum*,
proinde *Juri & Juſtitia* maritatum tomò unicò evulgavit.
Angelus adminiſtratoriis illis ſpiritibus nomen officii, Joaũ
tantũ non tranſiit in naturam, adèò inaccessa creatæ ſaga-
citati myſteria & gratioſè expiſcari, & habitantibus in te-
nebris etiam ſpiritibus novit annunciare, *ut innotefcat Prin-*
cipatibus, & Potestatibus in cœleſtibus per Eccleſiam multiformis
Sapientia Dei. Indè, nec inaniter, luſtaturò inter Oliveti-
tædia Magiſtro in triſtitix adlegitur levamentum.

Verũ quid in plebejo Apoſtolicæ piſcationis ſalo de-
ſidioſè hæſitas rem ex Svada? hoc in profundo præ aliis
non eſt *Eximius* Piſcator gratiarum. Duc in altum, quæque
tanti prærogativam muneris loquantur ampliùs, expone!
non tranquillum duntaxat æquor, ſilentibus Aquilonibus,
hominum interdicta confortio, Theologica ſulcat liburni-
ca; etiam in media Urbis commotæ tempeſtate verriculum
exporrigit Piſcator Theologus; ſubeunti Solymæ mœnia,
occurret homo quidam amphoram aque portans; mox aquea

Luc. 22.

sub-

sublegens vestigia in coenaculum grande stratum invehetur,
 rete laxaturus non in angustum Genezareth fretum, sed in
 amplissimum omniscientiæ sinum; non in modicum Tibe-
 riadis profundum, sed in immensam sapientiæ abyssum.
 Huc oculos Spectatores! neque enim auribus locus est, dum
 mutam Piscator scenam acturus est. Procul hinc, procul
 este profani! non ego hic foccum vestrum delirantes ad sto-
 machum Satyrici, Roscii, aut Nicostrati: non cothurnum
 tuum Romane Tragœde ambio; abeste ad omnem pompæ
 superbiam luxuriantia Quiritum amphitheatra, vosque in
 inglorio gloriæ vestræ pulvere delitescite ludiones, seu
 Olympici, seu Circenses; puerorum ostentatis crepundia ad
 arundineum Venusini Vatis toluarium releganda, unam
 conferre si libet muti Piscatoris scenam seculis omnibus nus-
 quam visam. Silete! Jámque reductò sipariò, hem inau-
 ditò piscandi prodigiò! in perennis vitæ fontem caput
 immergit. Quid agis Joannes? nunquid madentibus adhuc
 pene à Theandrico obsequio plantis mundus es totus? *qui*
autem lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet. Piscari de-
 sideras? noli abysso caput immergere, nè Theologiæ uni-
 versæ jacturam faciat orbis in capite, acephalam dehinc in
 corpore pennâ Angelici exaraturus. Sagenam pro gravido
 Theosophiâ vertice exporrige in capturam! sed verba pre-
 mit Joannes, & Ulyssæo stratagemate, non cereo liquore,
 sed coelico aures obdurat humore, nullis interpellantis pre-
 cibus referandas. Mysterii intelligo arcana consilia; docen-
 tis è navis cathedra Magistri altùm hæret gnoma: *Simile est* Matth. 13:
Regnum Cœlorum sagenam missæ in mare; indè Deum ipsum pi-
 scaturus in Verbo verticem explicat in sagenam, & sublatâ
 similitudine caput Piscatoris extenditur in Coelum, solium
 Divinitatis; ambrosianè subscribat mellifluus: *hausit Joan-* Bern. serm.
nes de sinu Unigeniti, quod de Paterno hauserat ille. Imensa 8. in Cant.
 Divinitatis Regia! Eja felicibus remis provehere! divina-
 rum hic affluit Oceanus gratiarum: fatales jamjam immi-
 nent noctis cimmeriæ lucem inter & umbras, Magistrum &

Ludere par
impar.

Horat. lib:
2. Sat. 3.

Joannis 13.

discipulos mœstum parituræ divortium ; at auspicatissimo
tibi omine : nox piscantibus amica ; nè metue evanidas Pe-
tri nocte tota incassum desudantis querimonias : Dominus
adest. Dum suprema Magistro cum discipulis miscentur po-
cula , immensam gratiarum concludes multitudinem. Me-
mnoniô effigiatum scalprô marmor Phœbus accendit in-
voces , marmorea in velandis arcanis corda philotesius cra-
ter animat in linguas : Acroama repetat Venusinus :

Tu lene tormentum ingenio admoves

Plerumque duro , tu sapientium

Curas , & arcanum jocosô

Consilium retegis Lyæo.

Horat. Od.

21. lib. 3.

Matth. 12.

Inter extrema ultimûm accumbentis Dilecti symposia my-
steria hauries Angelis recondita , verus Jedia. Proveni-
tur Joannes : seipsum propinat in philtum , atque de inex-
hausta Theandrici sinûs abyssu mensuram promit confer-
tam , effusus conservis sitientibus ad abundantiam locu-
ples Ganymedes , ut de plenitudine ejus accipiant omnes.
In sinu Dilecti deliciæ Sponsi , & Verbi exundant divitiæ ,
utrasque gratiosè exhamat Joannes. Tacete Momi ! face-
site Cynici ! non fingo somnia , quantumvis recumbentem
super pectus Magistri discipulum Oratoris vehat liburnica.
Et vos tacete litigiosi de Majoratu discipuli ! terminata lis
est , sententia lata : Joannes major. Etiam ille , quo non
surrexit major inter natos mulierum , Theologi suspicit
sublimitatem. Unicum incarnati Verbi mysterium inter-
nuntiis discipulis piscatur Baptista , & expiscatur : at *vesper-*
tina ab affectibus conceditur cognitio : *cæci vident , claudi*
ambulant ; Ejusdem Divinitatem in sinu rimatur Piscator ,
mox universa Theologiæ complexus arcana *matutinâ* etiam
sub cœnandum visione clarissimè intuetur. Ille facerrimum
Verbi carnem gestantis verticem tangere verecundatur : to-
to se in sinu reclinis Theandrico deliciatur iste , ipsosque
Curæ supernæ Primicerios stupore sacro defigit attonitos.
Contendite discipuli , contendite iterum : *quis major?* inania

pro-

protelatislitigia, Paride nihil opus est: citra hæsitationis
aleam Piscator gratiarum in fontibus Salvatoris omnibus
supernatat. Palpi vos arguam, argumenta dehinc si requi-
ritis. Indagate perduellem inferis ipsis execrandi facinoris
machinatorem, qui sitientibus perfidorum manibus inno-
xium Magistri sanguinem propinaturus est, & palmare ar-
gumenti capietis suffragium. Subveretur lingua, quæ cla-
vis facta Cœlorum, cœlum simul ac terram ligat, & solvit,
neque arcanum Divini pectoris sacrarium audet referare.
Conticescit Andreas ad vitæ fontem fratri præambulus, pi-
scatorem hominum se reputat, non gratiarum. Non loquitur
Thomas viam nuper, veritatem, & vitam edoctus. Gra-
tioso oculorū jactu in sinu Magistri fidenter piscatur Joan-
nes, mox expiscatur, omnium major in gratia. Usque adeò
nihil in imenso Divini pectoris fonte latet reconditū, quod
Piscator non caperet Gratiarum. Nempe (parcite Eximii!
dicam aliquando, quod res est) quod Verbum Patri, hoc
Verbo Joannes; requiescit Verbum in sinu Patris: in sinu
Verbi recumbit Joannes; ab illo sinu Verbum profluit Sa-
pientia Patris: ab hoc sinu Joannes procedit scientia Verbi.
Felicissima gratiarum Pandora! Hic demum pondere ob-
ruta sublimitatis cymba subsidit Oratoris; at nondum ra-
tem figit Piscator gratiarum. Mentem expedio pedissequā,
cùm lembus inhæret profundo. Non scando Olivetum,
etiam cum Simone Jacobus illinc ungitur Athleta. Aulam
subingredior Pontificis: jamque subortâ immanissima Domi-
nicæ Passionis tempestate, collectis retibus in varia dilapsi
sunt hominum piscatores discipuli: unus hic procul arbitris
sagenam expandit gratiarum Piscator, abscondita solus my-
steria conclusurus. Indè cruentis Magistri vestigiis murica-
ta semita rubrum tempestuosissimæ catastrophes æquor in-
digitat. Transfretabis Joannes? heu! tota illinc tecū Theo-
logicorum mysteriorum encyclopædia naufragabitur! Non
itâ Nafonianis Tristibus cum Aquilonibus Euri, ut in hoc pe-
lago omni cum panoplia desævit Æolus; & transfretabis?

remum

Joan. 19.

remum cohibe: nullus in hoc Martio ventorum campo Piscatori locus. Sed frustra inclamo: cymbam protrudit, & Golgotheum verticem bonæ spei figit promontorium. Nec mora: perstreptentibus undique ferocientis turmæ ululatus, in hoc turbido piscatur Joannes, & gratiarum omnium comprehendit epitomen, dum Virginem *gratiâ plenam* accipit in sua, *ecce Mater tua*. Progredere his Etesis! progredere! hîc tibi funes cecidère in præclaris! Habeat sibi Primatis Infulas Petrus in Ecclesia: tibi gratiarum Primitiæ conceduntur in Maria; piscatori hominum tumultuosa negotia: gratiarum hamioræ deliciofa otia; felicissimus Legatarius! partem optimam nactus es in Maria contemplator Theosophus; erravi: Legatarium quid nomino, Filium dicere quem oportuerat? *ecce Filius tuus*. Nempe nè sempiternam duntaxat Verbi genesim imitatus viderere in sinu Theandrico, temporaneam quoque cum filio Virginis nancisci debueras communem, Mariæ Benjamin. Loquendo gignitur Patris Unigenitus: Verbò Joannes Filius Mariæ; obumbrante Spiritu in Virginis utero Verbum concipitur: obumbrante Numine, cum *tenebræ factæ sunt in universam terram* Virgini nascitur Joannes. Similitudinem Matrem, amorum jactet nunc parcemia, Piscatoris gratiarum non derogabit argumento.

Luce. 23.

Atq; hic eclipsatò sub Vitæ expirium universò erratica hætenus inter profundi tenebras Suada, citra temeritatis labem ampliùs progredi vetita, penitus extinguitur. Parce mystagoge gratiarum Piscator, quòd Oratorias Charites in encomiorum tuorum Oceanum ad tuæ cynosuram sublimitatis provehere non licuerit navitæ inexperto; Squalido piscatorum indutam habitu Suadam meam invehere statui, ut tuarum Celsitudo gratiarum vel ex opposito elucesceret. Vos quoque S. P. Q. A. jejuno parcite Oratori, scenæ mutæ Spectatores vos volui, non Auditores, indè est, quòd elinguis Piscatoris gratiarum pedissequus, suspensis stupore labiis, ego quoque spectavi tantum, nihil